

Liceo Scientifico "Einstein"

ANNO SCOLASTICO 2018-2019

Classe 3E

LATINO – Compiti estivi

1. Ripassare le declinazioni, i pronomi, i verbi e i nuovi argomenti studiati quest'anno (v. programma)
2. Eseguire le versioni contenute nell'allegato 1 (con paradigmi)
3. Eseguire le versioni n. 4 p. 177, n. 5 p. 198, n. 5 p. 23 su *Gradus facere* (con paradigmi)
4. Tradurre sul vol. 1B di *Luminis orae* i testi del *De Catilinae coniuratione* di Sallustio a pp. 473 (T5) e 502 (T15) (con paradigmi)
5. Leggere *Catilina, ritratto di un uomo in rivolta*, di Massimo Fini
6. Tema: confronto fra la figura di Catilina presentata da Sallustio e quella proposta dal romanzo di Massimo Fini

NB: La prima verifica di settembre avrà per oggetto una delle versioni indicate ai punti 2 e 3

Milano, 7 giugno 2019

L'nsegnante

Flores Reggiani

Allegato 1

Percorso sul *mos maiorum*

1- Un esempio di *fortitudo*. Muzio Scevola (508 a.C.)

Obsidio erat sedendoque expugnaturum (esse) se urbem (= Romam) spem Porsenna (= rex Etruscorum) habebat, cum C. Mucius, adulescens nobilis, cui indignum videbatur populum Romanum ab Etruscis obsideri, sua sponte penetrare in hostium castra constituit. Senatum adit et "Transire Tiberim" inquit "patres, et intrare castra hostium volo". Adprobant patres; abdito intra vestem ferro proficiscitur.

Ubi eo venit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibi cum stipendium militibus forte daretur et scriba, cum rege sedens pari fere ornato, multa ageret eumque milites vulgo adirent, (Mucius) timens sciscitari uter Porsenna esset, scribam pro rege obruncat. Cum eum comprehensum regii satellites retraxissent, ante tribunal regis destitutus est: "Romanus sum" inquit "civis: facere et pati fortia Romanum est. En tibi ut sentias quam vile corpus sit iis qui magnam gloriam vident" dextramque foculo inicit.

2 - Un esempio di *fortitudo*: Furio Camillo (390 a.C.)

Roma a Gallis obidebatur. Sed, ante omnia mala obsidionis bellique, fames utrimque exercitum urgebat. Tum a senatu tribunis militum negotium datum est ut paciscerentur. Inde inter Q. Sulpicium, tribunum militum, et Brennum, regulum Gallorum, conloquio transacta res est¹, et mille pondo auri² pretium factum est, ut Galli obsidionem relinquerent. Rei foedissimae adiecta indignitas est³: pondera⁴ ab Gallis allata sunt iniqua et, tribuno recusante, additus est ab insolente Gallo ponderi gladius; tum audita est vox intoleranda Romanis : «Vae victis! ». Sed diique et homines prohibuere⁵ redemptos vivere Romanos. Nam, priusquam

¹ *Transacta ...est* è un iperbato

² = "a mille libbre d'oro"

³ = *adiecta ...est* è un iperbato

⁴ qui e in seguito *pondus* significa "peso della bilancia"; iperbato: *pondera iniqua*

⁵ = *Prohibuerunt*

infanda merces perficeretur, nondum omni auro adpenso, M. Furius Camillus, dictator Romanorum, qui Ardeae copias colligerat, intervenit, auferrique aurum et Gallos submoveri iussit. «Non auro» inquit «sed ferro recuperanda est patria!» et suos arma aptare iussit. Galli, nova re trepidi, arma capiunt⁶ iraque magis quam consilio in Romanos incurrunt⁷. Iam verterat fortuna, iam deorum opes humanaque consilia rem Romanam adiuvabant. Igitur primo concursu haud maiore momento fusi Galli sunt quam ad Alliam vicerant.

3 – Un esempio di *iustitia*: Manlio Torquato (340 a.C.)

Durante la guerra con i Latini un giovane ufficiale romano, figlio del console Manlio Torquato, viene inviato in esplorazione con una squadra di cavalieri, ma viene inaspettatamente a trovarsi molto vicino al campo nemico. Riconosciuto e provocato con parole irridenti da Gemino Mecio, comandante dei cavalieri Tuscolani, l'ufficiale accetta la sfida a duello. Disarciona e uccide l'avversario e, tra le acclamazioni dei suoi compagni, torna all'accampamento romano, portando con sé le armi del cavaliere sconfitto. Si reca dal console e gli presenta il trofeo della vittoria, ma...

Spoliis lectis ad suos, reiectus cum ovante gaudio turma in castra atque inde ad praetorium ad patrem tendit, ignarus fati futuri. 'Ut me omnes' inquit, 'pater, tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria haec spolia capta ex hoste caeso porto.' Quod ubi audivit consul, extemplo filium aversatus⁸ contionem classico advocari iussit. Quae ubi frequens convenit, "Quandoque"⁹ inquit, 'tu, T. Manli, neque imperium consulare neque maiestatem patriam veritus, adversus edictum nostrum extra ordinem in hostem pugnasti et, quantum in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem Romana res¹⁰, solvisti meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut rei publicae mihi, aut mei [meorumque] obliviscendum sit¹¹, nos potius nostro delicto plectemur quam res publica tanto suo damno nostra peccata luat; triste exemplum sed in posterum salubre iuventuti erimus. [...] I, lictor, deliga ad palum".

Exanimati omnes tam atroci imperio nec aliter quam¹² in se quisque destitutum cernentes securem, metu magis quam modestia quiescere. Itaque, velut demerso ab admiratione animo, cum silentio defixi stetissent, repente, postquam cervice caesa fusus est cruor, tum libero conquestu coortae voces sunt, ut neque lamentis neque execrationibus parceretur. Spoliis contactum iuvenis corpus, quantum militaribus studiis¹³ funus ullum concelebrari potest, structo extra vallum rogo crematum est. Manliana imperia non in praesentia modo horrenda [fuerunt] sed exempli etiam tristis in posterum fuerunt.

4. Un esempio di *fides*: Attilio Regolo (prima guerra punica: 264-241 a. C.)

Post haec mala Carthaginienses Regulum ducem, quem ceperant, petiverunt, ut Romam proficisceretur et pacem a Romanis obtineret ac permutationem captivorum faceret. Ille Romam cum venisset, inductus in senatum nihil quasi Romanus egit, dixitque se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, Romanum esse desiisse. Itaque et uxorem a complexu removet et senatui suasit, ne pax cum Poenis fieret; illos enim fractos tot casibus spem nullam habere; se tanti non esse, ut tot milia captivorum propter unum se et senem et paucos, qui ex Romanis capti fuerant, redderentur. Itaque obtinuit. Nam Afros pacem petentes nullus admisit. Ipse Carthagem rediit, offerentibusque Romanis, ut eum Romae tenerent, negavit se in ea urbe mansurum, in qua, postquam Afris servierat, dignitatem honesti civis habere non posset. Regressus igitur ad Africam omnibus suppliciis extinctus est.

Hostes

5. Annibale lascia l'Italia (seconda guerra punica: 218-202 a.C.)

⁶ presente storico. Traduci con un perfetto

⁷ presente storico. Traduci con un perfetto

⁸ *filium aversatus* = voltate le spalle al figlio

⁹ = "Poiché"

¹⁰ *Qua stetit...res* = "sulla quale sino ad oggi si è fondato lo Stato romano"

¹¹ *In eam necessitatem...obliviscendum sit* = "a questa alternativa, di dovermi dimenticare o... o..."

¹² *Non aliter quam* = non diversamente che = come se. *Cernentes* concorda *ad sensum* con *quisque* = "tutti"

¹³ *militaribus studiis* = "con onori funebri tributati da soldati"

Anno quarto decimo posteaquam in Italiam Hannibal venerat, Scipio, qui multa bene in Hispania egerat, consul est factus et in Atticam missus. Cui viro divinum quiddam inesse existimabatur, adeo ut putaretur etiam cum numinibus habere sermonem. Is in Africa contra Hannonem, ducem Afrorum, pugnat; exercitum eius interficit. Secundo proelio castra capit cum quattuor milibus et quingentis militibus, XI milibus occisis. Syphacem, Numidiae regem, qui se Afris coniunxerat, capit et castra eius invadit. Syphax cum nobilissimis Numidis et infinitis spoliis Romam a Scipione mittitur. Qua re audita fere Italia Hannibalem deserit. Ipse a Carthaginiensibus redire in Africam iubetur, quam Scipio vastabat. Ita anno septimo decimo ab Hannibale Italia liberata est. Legati Carthaginiensium pacem a Scipione petiverunt; ab eo ad senatum Romam missi sunt. Quadraginta et quinque diebus his indutiae datae sunt, quousque ire Romam et regredi possent; et triginta milia pondo argenti ab his accepta sunt

6. Antefatto della guerra giugurtina (guerra contro Giugurta: 111-105 a.C.)

Bello Punico secundo Masinissa rex Numidarum in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara rei militaris facinora fecerat. Ob quae, victis Carthaginiensibus et capto Syphace, cuius in Africa magnum atque late imperium valuit, populus Romanus, quascumque urbes et agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit. Sed imperi vitaeque eius finis idem fuit. Dein Micipsa filius regnum solus obtinuit Mastanabale et Gulussa fratribus morbo absumptis. Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit Iugurthamque, filium Mastanabalis fratris, quem Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum dereliquerat, eodem cultu quo liberos suos domi habuit.

7. La battaglia di Alesia (52 a.C. durante la campagna gallica)

Labienus, postquam neque aggeres neque fossae vim hostium sustinere poterant, coactis una XL cohortibus, quas ex proximis praesidiis deductas fors obtulit, Caesarem per nuntios facit certiore quid faciendum existimet. Accelerat Caesar, ut proelio intersit. Eius adventu ex colore vestitus cognito, qua insigni in proeliis uti consuevit, turmisque equitum et cohortibus visis quas se sequi iusserat, hostes proelium committunt. Utrimque clamore sublato, excipit rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor. Nostri omissis pilis gladiis rem gerunt. Repente post tergum equitatus cernitur; cohortes aliae appropinquant. Hostes terga vertunt; fugientibus equites occurrunt. Fit magna caedes. Sedullus, dux et princeps Lemovicum, occiditur; Vercassivellaunus Arvernus vivus in fuga comprehenditur; signa militaria LXXIV ad Caesarem referuntur: pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. Conspicati ex orrido caedem et fugam suorum desperata salute copias a munitionibus reducant. Fit protinus hac re audita ex castris Gallorum fuga. Quod nisi crebris subsidiis ac totius diei labore milites essent defessi, omnes hostium copiae deleri potuissent. De media nocte missus equitatus novissimum agmen consequitur: magnus numerus capitur atque interficitur; reliqui ex fuga in civitates discedunt.
